H. Sax. H
219

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

H. Sax. H. 266.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

495.

# Commentatiuncula hiſtorica poſterior DE CURIIS

Inprimis

# DE CURIA FRANCOHUSANA

Ejusqve inſignibus

Actui Oratorio XXVI. Octob. hujus anni M. D. CCXIII. in Schola noſtra

Secundum receptum morem exhibendo, præmiſſa.

ad qvem

Magnificos DOMINOS, DN. CANCELLARIÆ DIRECTOREM SYNEDERIIQVE SACRI PRÆSIDEM, DN. VICE-CANCELLARIUM, longe Nobiliſſimos DNN. CONSILIARIOS & Conſiſtorii ASSESSOERS, plurimum Reverendos ECCLESIÆ MINISTROS, Nobil. & Ampliſſimos DNN. CONSULES & SENATORES, omnesqve Scholæ FAUTORES & LITERATOS cujuscunqve ordinis & dignitatis ſint citra πρωτοκλισίας præjudicium, ſubmiſſe, obſervanter & amanter invitat

M. Joh. Hoffmann R.

Stolbergæ, Typis Gothofredi Teuſcheri 1713.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

PRomiſſa cadere in debita, πολυθρύλλητον edocet adagium. Debitorem ultro me profiteor. Convincit enim me programmatis anno ſuperiori in lucem editi frontiſpicium, in qvo *de curiis earumqve inſcriptionibus*, qvarum copia mihi potuit fieri, hinc & inde conſpicuis, qvædam compilavi. Illud inſcribebatur: *Diſſertatiuncula hiſtorica prior*, qvæ ſe referebat ad poſteriorem jam jam exhibendam. Hanc autem juſto diutius ſuſpenſam fuiſſe, adeo, ut alium actum de *diluvio Thuringiæ ſeculari* interponere viſum fuerit, non diffiteor. Ut autem lentum fui nomen hactenus; ita illud expungere jam allaboro. Cauſa vero, qva calamum ſufflaminavit, potiſſimum in expectationem ac inqviſitionem plurium hujus farinæ in ſcriptionum rejicitur, qvas tamen contra votum fruſtra expectaſſe videor præter, pauculas à Fautorum & Amicorum manibus mecum communicatas, qvas etiam Lectori benevolo non invidebo. Curiæ Roteradamenſis tergo inſcriptum eſt hoc diſtichon:

ROboro TE, candor: RObur DAnt MUnia Mentis:
Jus viret, ut laurus, ROTERODAME, tuum.

Jn qvo literæ duæ initiales exhibent ROTERODAMUM.

Goudæ Curiæ introitus hanc prœfert inſcriptionem:

AUDITE ET ALTERAM PARTEM.

Qvæ verba etiam inſcripta ſunt conclavi judiciali curiæ Harlemenſis & Amſtelodamenſis. (1) Jn curia Aqvilejæ hæc verba aureis literis inſcripta eſſe perhibent: *Rerum irreparabilium ſumma felicitas oblivio*, qvæ etiam Fridericus III Jmp. olim in eadem curia menſæ accumbens protuliſſe dicitur, cum à Turcis inſulam Rhodum expugnatam audiret, qva etiam occaſione illa curiæ ſunt inſcripta. Jn curia Erffurtenſi hunc rhythmum olim lectum fuiſſe ex relatione accepi:

GOttes Leib/ Beicht und Tauff
Soll man jedem geben ohne Kauff.

Memo-

(1) Hanc inſcriptionem longe celeberrimo Domino *Chriſtophoro Auguſto Heumanno* h. t. Seminarii Jſenacenſis Jnſpectori vigilantiſſimo, debeo, qvam olim in itinere ſuo ad Batavos obſervavit. Seqventes mecum communicavit partim ſummè Reverendus Dominus

Memoratu digna eſt pinacotheca, qvam Dux Sabaudiæ Auguſtæ Turinorum in conclavi, ſeſſiones Senatoribus præbente, in genioſis emblematibus exornato, appingi juſſit, ubi tribunal in loco editiori cum 24. Senioribus conſpicitur, qvi à Sapientia divina hoc capiunt teſtimonium cum epigraphe: *Ego Sapientia habito in conſilio.* Non procul minoribus in ſpatiis ſe exhibent qvatuor virtutes cardinales, qvibus Magiſtratus & Senatus inſtructus ſit, nempe (1) *prudentia,* veſtitu regio ornata & ſceptrum manibus tenens cum inſcriptione: *Conſilium cuſtodiet te & prutentia ſervabit te.* Prov. VIII, 14. (2) *ſapientia & ingenuitas,* qvæ aperto pectore ſolem manibus exhibet & ſeqventia verba qvaſi illuminat: *non abſcondi veritatem à concilio multo* Pſalm 39, 11. (3) *Taciturnitas*, qvæ olim Jſidis vel (2) *Amgeroniæ* ſimulacrum fuit, qvæ digitis manum opprimens hæc verba legenda exhibet: *Secretum extraneo ne reveles.* Prov. XXV, 9. (4) *Pax & concordia,* qvæ lyram Mercuriiqve Sceptrum ſerpente involutum manibus repræſentat, qvaſi diceret ex Prov. XII, 20. *qvi pacis ineunt conſilia, eos ſeqvitur gaudium.* Sed qvid in locis peregrinis commoror? a Naſone mihi in aurem inſuſurrari videor:

*Et pius eſt patriæ facta referre labor.*

Cujus monito jam morem geſturus qvædam de *curia noſtræ Francobuſana* in medium afferre animum induxi. Jn hâc licet inſcriptiones non occurrant, exhibet tamen non nulla forſan memoratu non indigna, inprimis qvod canam attinet antiqvitatem, ſtructuræ concinnitatem &, qvo ad faciem hodiernam, penicilli ſuperioribus annis applicati artificio formoſitatem. Qvo præciſe autem tempore annoqve exſtructa ſit, nihil volæ & veſtigii apparet, niſi qvod ſuperior introitus oſtium ad forum vergens literis monachorum more ſcriptis hanc vetuſtatis memoriam oculis exponat, nempe: A. DM.

*Joh. Chriſtoph Olearius*, Theologus pariter & Polyhiſtor celeber. hodie Archidiacon. Arnſtet. Conſiſtorii Aſſeſſor, Inſpector Comitatus Gleichenſis &c. Partim Plurimum Reverendus Clariſſimus ac excellenter doctus Dom. *Philip Nicol. Zimmermann*, Paſt. Longopratenſis fideliſſim9, *Amic.* ab academicis ſtudiis ad præſens usq; conjunctiſſimus.

(2) Amgeronia Gentilibus Dea habebatur effingebaturqve ore obſignato & obligato ad ſignificandum patientia & ſilentio hominis vel maximas ſuperare poſſe calamitates.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375931686/5 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# A. DM. MCCCC. XLIIII. HEC DOMUS EST EDIFICATA.

CRedidile autem non eſt, hanc curiam ſignato anno prima ſua cepiſſe cunabula, qvin potius, me judice, reparationem ac re ædificationem aliqvam præ ſe ferre reor, id qvod diverſa ſaxorum ſpecies ad oculum ſatis demonſtrat. Murus enim inferior ſatis craſſos exhibet lapides calcarios nitro hinc inde exeſos: Superior verſus plateam, qvæ adhuc vocatur *Senatoria*, lapides pilares ſeu qvadratos, quos vulgo vocant qvercinos, hoc eſt ſolidiſſimos, æqva qvantitate fabricatos injuriæ tempeſtatum non facile obnoxios, ut à vero non alienum videatur, vel incendio, de qvo tamen nihil certi conſtat; vel vetuſtate hanc Curiam olim collapſam & deinceps anno dicto reſtauratam fuiſſe, ut & ipſos, qvibus in arte ſua mechanica credendum eſt, cæmentarios ſuffragantes habeo, ceu in oratiuncula jam recitanda de laude hujus curiæ plura occurrent. Cum enim hoc oppidum venerandam ſpiret antiqvitatem ecquis crederet, illud curia caruiſſe? inſignem imprimis commoditatem curiæ afferunt cellæ ſubterraneæ & fornices ſatis capaces, & tempore æſtivo grata frigiditate temperati, ut alias commoditates brævitati litans taceam. Allegari hic merentur memorialia hiſtorica in periſtylio ſeu nodo inferiori, paucis abhinc annis, cum curia renovaretur, reperta, qvæ legiſſe forſan poenitebit neminem: Inter triſtiſſimas clades, qvas oppidum Francohuſium antiqvorum „ Francorum olim Colonia divino judicio accepit; ut qvod anni nati „ Chriſti 1525. Colluvies ſeditioſorum ruſticorum, autore Thoma „ Muntzero collecta, miſere oppreſſa & diſſipata fuit, poſtea vero „ anno 1554. menſe Julio horrendo incendio ſuperior & potior urbis „ pars periit: Deus opt. Max. pro ſua in effabili miſericordia lucem „ Evangelii ſui tetris & nefandis tenebris obſcurati, reſtituit, qva te- „ nebræ Papiſtici regni teguntur & agnoſcuntur, ac gratuita homi- „ nis juſtificatio ſeu acceptatio coram Deo conſpicitur. Hanc do- „ ctrinam Generoſi Comites Schwartzburgenſes, Guntherus, Jo- „ hannes Guntherus, Wilhelmus & Albertus fratres conſtanter „ profitentur & clementer defendunt. Epitome vero doctrinæ hu- „ jus extat in Propheta Eſaia Cap. 25 ubi inqvit:

בלע המות לנצח

(3) Divus Apoſtolus Paulus allegat hanc ſententiam 1. Cor. 15. hiſce verbis: κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Qvam latinis verbis ita transferre poſſis: *Abſorpta eſt mors in victoriam* Juxta Hebræam veritatem autem, *perdidit, ſeu devoravit mortem in* „ *ſempiternam*: Er hat den Tod verſchlungen ewiglich. Teſtatur & Conci„ onator hæc ſententia ſummis beneficiis filii Dei erga genus huma-„ num, videlicet, qvod mors hoſtis potentiſſimus totius orbis pro-„ fligatus & abolitus ſit per mortem in nocentem Chriſti, cujus „ beneficii homines participes redduntur, ceu certiſſima & firmiſ-„ ſima fiducia acqvieſcant in filio Dei crucifixo, mortuo & reſuſci-„ tato etiam morituri per mortem etiam temporalem transferun-„ tur in cœleſtem & perpetuam vitam.

Scripſit hæc Johannes Roſtius, paſtor oppidi hujus, in qvo Ec-„ cleſia Dei hoſpitio ſuſcepta eſt A. Chriſti 1557. profeſto Martini. „

Im Jahr Chriſti unſers einigen Erlöſers und Seeligmachers Geburt 1636. bey Regierung der Herrn Conss. Jacobi Beilſchmidts und Heinrici Fiſchers/ haben ſich folgende Dinge zugetragen. Denn nachdem ſich Chur-Sachſen mit Käyſerlicher Majeſt. vertragen/ und einen richtigen Frieden ſchlieſſen wollen/ hat ſich der Königliche Schwediſche General Banir neben 4. andern vier Fürſten und Herrn in ſolchen Friedenſchluß nicht eingelaſſen/ beſondern ſtracks ſich wieder Chur-Sachſen gerüſtet/ denſelben feindſeelig überfallen/ und viel Städte in Meiſſen und Thüringen/ als Querfurth/ Halle/ Merſeburg/ Naunburg/ Sangerhauſen/ Eißleben/ Manßfeld/ Aſchersleben/ Sandersleben/ Staßfurth/ und Bernburg eingenommen/ etzliche ausgeplündert/ etzliche haben ſie mit groſſen Gelde ranzioniret/ da es denn Frackenhauſen auch nicht gemangelt/ dann die Bürgerſchafft auf zwölff tauſend Thlr. hergeben müſſen/ ohne was die Dörffer belanget/ denn ſie ja faſt nicht einen biſſen Brodt behalten/ und hat der Banir faſt auf allen Amtshäuſern das Getreydig nach Magdeburg, daſſelbige zu proviantiren/ führen laſſen/ dieſem nun iſt Chur-Sachſen mit einer ſtarcken Armee nachgeeilet/ dem der Käyſerl. Hatzfeld mit einer ſtarcken Armee ſuccurriret/ die denn das Land vollends mit Rauben und plündern fertig gemacht/ darauf denn groſſe Hungers-Noth an etzlichen Orten entſtanden/ auch die Peſt zu graßiren angefangen/ item es ſind zu Unterhaltung der Soldaten 120. Monath Römer-Züge angeleget worden

(3) Inter alia verba memorabilia hæc qvoqve B. Lutherus ſua manu hebraicè inſcripſit Bibliis adhuc hodie in Monaſterio Auguſtiniano Erffurtenſi extantibus ſubſcripto ſuo nomine: Martinus Luther D. 1543. quæ cum explicatione D. Lutheri Iohann Roſtius ex illis Bibliis transſcripſiſſe videtur.

den/ da denn der Schwartzburgiſchen Herrſchafft Rudolſtädtiſcher und Sondershäuſiſcher Linien zu ihrem part 21. tauſend Thlr. zu zahlen zukommen/ es continuiret ſich der Krieg noch immerfort/ und weiß man von keinen Aufhören nicht. Dahero Land und Leute/ GOtt erbarme es! ſehr ausgemergelt worden. GOtt der barmhertzige Vater der wolle einmahl ſolchen unbilligen Kriegen ſteuren und mit dem lieben Jüngſten Tage/ nach welchen viel fromme Nothleidende Chriſten ein ſehnliches Verlangen tragen/ hereinbrechen. Hiermit zum Beſchluß. Datum Franckenhauſen in Eyl. den 1. julii 1636.

Georgius Hartmann/ jetziger Zeit Stadt-Schreiber.

## Notandum.

(1)

Iſt allhier zu Frankenhauſen Anno 1632. den 25. Monaths Tag Septembris, am Tage Cleopha bey Regierung des Hoch Wohlgebohrnen Herrn Herrn Albrecht Günthern der vier Grafen des Reichs ꝛc. unſers Gnädigſten Herrns/ als Herr Doctor Andreas Iſſe regierender Bürgermeiſter geweſen/ eine ſtarcke Feuers-Brunſt in der Kloſter-Gaſſe entſtanden Vormittag um 9. Uhr/ wodurch in wenig Stunden faſt der 4te Theil der Stadt jämmerlich in die Aſche geleget worden.

(2)

Den 21. Octobris hernach daſſelben Jahrs am Tage Urſula geſchah allhier des Käyſerlichen Volckes Feindlicher-Einfall um 2. Uhr Veſper-Zeit/ da denn alle Kirchen/ das Schloß/ das Rath-Hauß/ Hoſpitaln und Privat-Häuſer in dreyen Tagen und zweyen Nächten ausgeplündert worden iſt/ es wurde eine Salva gvardia von den General Papenheim, durch Hrn. Joſt Bötticher/ und Capitain Meißnern aufbracht/ daß alſo die Stadt von gäntzlicher ruin errettet worden.

(3)

Anno 1634. iſt Ihro Gräfliche Gnaden/ Graf Albrecht Günther/ Graf zu Schwartzburg und Hohnſtein/ unſer Gn. Herr in Erfurth in Chriſto ſelig entſchlaffen. den 20. januarii.

(4)

Anno 1635. den 29. Octobris war der Donnerſtag nach Simonis & judæ hat unſern Gnädigen Herrn/ Herrn Ludwig Günthern/ der vier Grafen des Reichs/ Grafen zu Schwartzburg und Hohnſtein Herrn zu Arnſtadt/ Sondesrhauſen/ Leutenberg/ Lohra und Clettenberg/ der Rath und Bürgerſchafft allhier in Schloſſe die Erbhuldigung abgeleget.

Bey

Bey Regierung Hr. Bürgermeiſter Juſti Böttichers und Caſpar Stahls am 10. Novembris 1635. iſt dieſer Thurm beſtiegen worden.

## Johann Boner NPubl. damals Oberſtadt-Schreiber zu Franckenhauſen.

Im 1557. Jahre als zuvorem im 1554. Jahre Mittwochs Kiliani zu Nacht die Stadt Franckenhauſen durch Feuers Noth erbärmlich verdorben/ der beſte und vornehmſte Theil 158. Häuſer/ nebſt dem Seiger-Thurm/ Thorhäuſer/ Badſtuben und andere dem Rathe zuſtändigen Häuſern/ dazuvor auch im 1546. Jahre des gantzen Marcktes-Gebäude verbrandt/ welche ein Erbarer Rath gereiniget und wieder auffgebauet hat bey Regierung der Wohlgebohrnen und Edlen Grafen und Herrn/ Herrn Günthern/ Herrn Hanß Günthern/ Herrn Wilhelm und Herrn Alberten Gebrüdern/ Grafen zu Schwartzburg/ Herrn zu Arnſtadt und Sondershauſen ꝛc. unſern Genädigen Grafen und Herrn. Bürgermeiſtern der drey Räthe Stephan Teuthorn/ Jacob Gieß/ Nicolaus Clauſen, Chriſtoph Knauer/ Hartung Stockhauſen/ und Magiſter Jacobus Dillenberg/ ſamt ihren zugeordneten Raths-Freunden Jahr und Tages ut ſupra.

## Melchior Gruſſen/ ſo 20. Jahr Stadt-Schreiber geweſen und noch iſt/ ſo lange GOtt will ſubſcripſit.

Der Allmächtige/ ewige Vater ſamt ſeinem einigen Sohne JEſu Chriſto unſerm Herrn/ und dem Heiligen Geiſte/ wolle alle abgeſchriebene Perſonen bey ſeinem Worte erhalten/ Gottfürchtig Leben ſeeliges Ende und fröliche Auferſtehung verleihen/ Amen ꝛc.

Hoc monumentum hiſtoricum nova cum inſcriptione, ſtatus hodierni indice, juſſu à me latine conſcripta in eundem locum recondita fuit.

Inter ornamenta autem hujus curiæ præſtantiora merito referuntur, qvod conſules atqve Senatores habuerit prudentiſſimos, qvorum conſilio atqve autoritate hæc civitas ad præſens usqve ſumma cum laude adminiſtrata & juſtitia ſecundum jura & ſtatuta oppidana conſcientioſe culta fuit. Curam vero & vigilantiam hodierni Magiſtratus tot reparata & exornata ædificia publica, ad qvæ refertur etiam curia, & antiqua Francorum turris, de qvo alio tempore egimus, non ita pridem nitore oculos demulcente illuſtrata, & inprimis plateæ publicæ lapidibus ſtratæ & tam incedentibus qvam vehentibus accommodata, collaudant & ebuccinant.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Ne vero veterum Senatorum memoria plane oblivioni tradatur, viſum eſt ex libellis rationum in curia adhuc extantibus, ſed multo pulvere obſitis, utut multi deſiderentur, eorum nomina excutere atqve his pagellis inſerere. Anno 1413. conſules fuerunt. Nicolaus Bendeleben & Lucas Threne. A. 1417. Nicolaus Beherben & Tretil vocantur Magiſtri oppidi. A. 1429. Caſpar von Brückenberg & Simon Mannich. A. 1473. Albertus Anfelden & Nicol Eylardner. A. 1481 Caſpar de Linckfeld & Hartung Mincke. A. 1486. Friedrich Myncke & Friedrich Wymer. Annorum continuatio non reperiritur. A. 1530. Coſs. Hanß Brettenbach & Hennigius Berg/ Cam. Nicolaus Liebold & Kerſtan Schmiedt. A. 1537. Jacob Scharffenberg & Hanß Lieboldt conſules. A. 1538. Simon Monachs & Johann Oley conſules. A. 1539. Remigius Berg & Adolarius Bohnerdt conſules. A. 1544 Johann Oley & Johann Steinbach conſules. Hanß Fiſcher. cam Rathmänner: Valtin Fiſcher/ Jacob Gier/ Hanß Heſſe/ und Andreas Teuthorn. Vierleute: Simon Teuthorn/ Stephan Hanffmas/ Heintze Beyer und Klaus Walter. Hanß Schaff und Hanß Teuthorn Bau-Herrn. A. 1545. COSS. Nicolaus Clauſen & Adolarius Bohnerdt. Cam. Valten Gaſſerſtädt & Stephan Teuthorn. Rathmänner: Heinrich Triesche/ Johann Wiſſer/ Johann Fiſcher. Vierleute: Hanß Schaff/ Claus Schmiedt/ Stephan Stahl & Valtin Hufftheller. Stadtſchr. Melchior Greuß. A. 1550. COSS. Hartung Stockhauſen & Magiſter Jacob Dillenberg. Cam. Caſpar Leiß & Peter Koboldt. Rathsm. Georg Detzel/ Joſt Scharffenberg/ Gander Lehner. A. 1552. COSS. Nicolaus Claus & Chriſtoph Knauer/ qvorum nomina lapidi prope oſtium exterius Scholæ noſtræ ſunt inciſa, qvippe qui Scholam eodem anno reparârunt. Verba ſunt hæc: NICOLAUS CLAUSEN & CHRISTOPHORUS KNAUER COSS. F.C. ANNO DO. 1552. A. 1559. Conſnl M. Jacob Dillenberg. Cam. Petrus Kobold & Georg Detzel. Senatores: Simon Teuthorn/ Hieron. Fiſcher/ Johann Ubelin & Jacob Fiſcher. Tribuni plebis: Andreas Offeney Jac. Sondermann/ Haubold Leiß/ Hanß Hopfer/ Poligraphus: Johann Claus. A. 1560. COSS. Stephan Teuthorn & Jacob Gieſſe. Cam. Johann Leuſſe & Caſpar Fiſcher. Rm. Melchior Schrecke/ Caſpar Lehner/ Simon Sinbold & Balthaſar Fiſcher. Vierl. Hein-

tze

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/10
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

ze Lutzey/ Hanß Böhme/ Stephan Ebelin jun. Hanß Berg. A. 1561. coss. Hartmann Stockhauß/ Mag. Jacob Dillenberg. Vierleute Kuntz Sattler/ Caſpar Kammerwerff/ Heinrich Gardhoff/ Hanß Scheidemandel. Stadtſchr. Georg Steinbeiß Vinarienſis. A. 1568. coss. Jacob Gieſſe & Peter Kobold. Cam. Caſpar Fiſcher & Johann Ebelin. Rm. Melchior Schick/ Hanß Stockhauſen/ Stephan Heſſe/ & Arnold Gieſſemann. Vierl. Hanß Böhme/ Simon Betzold/ Chriſtoph Fiſcher & Jacob Scharffenberg. A. 1570. coss. Chriſtoph Knauer & Johann Leiß. Cam. Heinrich Walter & Balthaſ. Fiſcher. Raths-Freunde: Joachimus Teuthorn/ Georg Trieſche/ Joſeph Stahl & Chriſtoph Fiſcher. Vierl. Georg Keuthe/ Hanß Berck/ Joſt Scharffenberg & Hanß Heſſe. A. 1576. Coss. Simon Bocks & Balthaſer Fiſcher. Stadtſchr. Johann Großhanß A. 1577 Coss. Simon Siebold & Georg Steinbeiß. Com. Caſp. Fiſcher & Heinrich Walter. Rathsfr. Johann Stockhauſen/ Simon Ringleb/ Joſt Scharffenberg & Bonifacius Ließe. Vierl. Hanß Barbierer/ Hieron. Stollberg/ Simon Schmiedt/ Stephan Scholl. A. 1579. Coss. Claus Sondermann & Scharffenberg. Cam. Hanß Heſſe/ David Dillenberg/ Caſp. Saff/ Pfannſchmiedt & Johann Fiſcher Buchbinder. A. 1582. Coss. Claus Sondermann & Jacob Scharffenberg. In tabellis expenſarum hujus anni hæc cantilena annotatur:

Wenn du Was giebſt/ ſchreibs ein behend
Ins Buch und nicht an die Wänd/
Empfängſt du denn von jemand was/
Dergleichen thu/ ſo weiß du das/
Dein Rechnung trifft recht überein/
Sonſt möchſt du kommen um das dein/
Solch Regl behalt und ſtets betracht/
Vergeſſenheit viel Irrthum macht.

A. 1583 coss. Adolarius & Chriſtoph Scharffenberg. Cam. Hanß Heſſe & David Eiſſeneck. Raths Fr: Mich. Hatzold/ Hanß Krafft/ Caſp. Schaff & Johann Fiſcher. Vierl. Heinrich Holtzſchucher/ Hanß Berck & Caſp. Friſch. Stadtſchr. Caſp. Willweber. A. 1584 Coss. Heinrich Walter & Hanß Stockhauſen. Cammerarii & Tribuni plebis: Stephan Heſſe/ Adam Scharffenberg/ Jacob Teuthorn/ Hanß John & Andreas Kannzieſer. A. 1588. Coss. Conrad Stollberg & Adolarius Scharf



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375931686/11 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

fenberg. Cam. Hanß Müller & M. Johann Rudolph. Raths Compannen: Blaſius Müldner/ Simon Schmiedt/ Hanß Berck & Hanß Lutzey. A. 1589. Coſs. Heinrich Walter & Nicol. Geutner. Cam. Hanß Heſſe & David Klyſeneck ꝛc. Vierl. Valten Eckardt Simon Holtzſchucher (Mag. Andreæ Lohrey Diaconi 1636 defuncti ſocer,) Hanß Wonberg & Adrian de Schöppen. A. 1595. Coſs. Conrad Stollberg & Adolarius Scharffenberg &c. Stadtſchr. Andreas Berck (hic legitur in expenſarum libello: 4. fl. 12 gl. Domino Superintendenti pro dedicatione concionis ſalinariæ) A. 97. Coſs. Conrad Stollberg & Adolarius Scharffenberg &c Rm. Hanß Berck/ Heinrich Tunder/ Blaſius Müldner/ & Melchior Fiſcher. Stadtſchr. Joh. Thill. A. 1598. Coſs. Heinrich Walter & Andreas Rangteſſer &c. Vierl. Chriſtian Löhner/ Balthaſer Wendelin/ Melchior Wunſch & Stephan Stahl. Schenckkämmer. Jacob Fiſcher & Adam Bellſchmidt: Mühlkämmer. Peter Teuthorn &c. A. 1600. Coſs. Conrad Stollberg & Adolarius Scharffenberg. Geld Cam Hanß Lutzey & Blaſius Müldner. Schenck Cam Melchior Fiſcher & Johann Tolde. Mühl Cam. Hanß Berck & Heinrich Tonder. Sed hic viſum eſt deponere pennam, cum præter opinionem ſpatii anguſtia excludar, reliqvorum nomina & memoriam cum Deo in aliam occaſionem reſervaturus. Itemqve alia de curia noſtra notatu digniora de horologiis, campana tempore incendii & ad ſupplicium mortis condemnatis ſonum dante, de capite Tantaleo pomum capitante & in foro ſtantibus ſpectaculum præbente, de inſignibus illuſtribus in exteriori ſcalæ inferioris facie ad forum ſpectante conſpicuis, de Xyſto ſpatioſiſſimo, variis uſibus accommodato, ſenaculo monumentis præcipue rationariis, multum notitiæ antiqvariæ afferentibus, pleno, aliisqve conclavibus uſui inſervientibus, forſan alio tempore agendi dabitur occaſio. Hic ſuccurrit domus è regione verſus occidentem ſita ſacellum, qvoad partem exteriorem collapſum exhibens hoc utrum conventum olim præbuerit Senatoribus curiam aſcenſuris, de qvo more laudabili in diſſertatiuncula priori mentio facta eſt, aliis antiqvariis dijudicandum relinqvo, ſiqvid loci conjectura habet. Haſce autem obſervatiunculas hiſtoricas ſigillo qvaſi ſignatorio, inſignia civitatis hujus exhibente, inqvibus *turris gemina*, (qvalem etiam urbes complures habent Hamburgenſis, Magdeburgenſis

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id375931686/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Arnſtadenſis &c.) cum *cataracta* & in porta *Leonis effigie* inſignita obſigno acceſſum faciens ad declamat uros noſtros jam prómta memoria probos & induſtrios, qvorum ſecundum ordinem thematum primus eſt *Wilhelmus Daniel Müldner*. Francohuſ. laudes curiæ noſtræ ex Gen. demonſtrativo exponet: *Auguſt. Wilhelm* Reinhardt. Sega Francohuſ. Magiſtratum politicum cum LEONE; *Johann Günther* Kirſten Francohuſ. eundem cum turre comparabit. *Ludwig Friedrich* Hoffmann Francohuſ. encomium Francohuſæ ſecundum rhetorices præcepta ſtylo latino enarrabit & cum Deo, febri tertiana diuturniori ope divina ſuperata, ad Muſas Salanas abiturus, legibus Scholaſticis jubentibus, grato animo valedicet, ſimulqve Natalem XLVII Sereniſſimi PRINCIPIS ac Domini Dn. LUDOVICI FRIEDERICI, PRINCIPIS SCHWARTZBURGI &c. votis pientiſſimis ſubmiſſime celebrabit & inaugurationem ſolenniſſimam *templi novi* in Arce Schwartzburg. ſplendide exſtructi in hunc ipſum Natalem incidentem prædicabit & congratulabitur. Ad has igitur oratiunculas plerasqve latine elaboratas ut Patroni longe venerabiliſſimi præſentia ſua ſplendidiſſima condecorent auribusqve patientibus excipiant, iterum ſubmiſſe rogo. Scrib. XV. Octob. MDCCXIII.

(4) Qvare turres inſignibus olim ſint inſertæ vid. Epiſt. Zeiler. 300. c. f. p. m. 335. de inſignibus Arnſtad. vid. Hiſtoria Arnſtad. laudatiſſimi *Joh. Chriſt. Olearii*. Cap. II. p. 75.

---

Oda in Symbolũ: Jeſus mihi omnia Sereniſſimi Principis ac Domini DOMINI LODOVICI FRIEDERICI, Principis Schwartzburgi &c. olim compoſita, nunc aucta & emendata ad

*Melod.* Was GOtt thut das iſt Wohlgethan. ꝛc.

1.

Jeſus mihi ſit omnia,
Tellure dum fruiſcor,
Jeſum mihi dent ſomnia,
Non ejus obliviſcor,
Cum lux adeſt.
Cum lux abeſt,
Jeſum fide tenebo
Sic ſic ei placebo.

2.

Jeſus mihi ſit omnia
In omnibus gerendis,
Hic proſperet negotia
Flectatqve frena mentis,
In faſcibus
Gravantibus
Jeſus mihi fulcimen
Curæqve ſit lenimen,

3.

3.

Jeſus mihi ſit omnia,
Sudus ſit aut olympus,
Aut ingruant tonitrua,
Procella ſive nimbus,
Jeſus meus
Eſt unicus
Portus, Pharos, tutamẽ,
Inqvo mihi ſolamen.

4.

Jeſus mihi ſit omnia,
In hoc ego manebo,
Sordent mihi terreſtria,
In hoc tenax hærebo:
Hunc nulla ſors
Nec ipſa mors
Jeſum meum movebit
Ex corde, dum vigebit.

5.

Jeſus mihi ſit omnia
In perſecutione,
Hoſtes minentur fulmina,
Flammasq; cum Nerone,
In Jeſulo
Tamen meo
Levabo ſpe dolores,
Hi nam ferent honores.

6.

Jeſus mihi ſit omnia,
Cum martis arma clangunt,
Vel ſæviant incendia,
Quæ plura corda frangunt,
In his malis
Graviſſimis
Me Jeſus adjuvabit,
Solamen & parabit.

7.

Jeſus mihi ſit omnia
Graviſſimis in morbis,
Cum deſinunt levamina,
Qvêis orbus eſt hic orbis,
Jeſus meus
Eſt protinus
Tunc inſtar archiatri,
Qvi comparat ſe patri.

8.

Jeſus mihi ſit omnia
In mentis & dolore,
Ignita qvando ſpicula
Dæmon malus furore
In me jacit,
Uti facit,
Fides mihi ſit ſcutum
Jeſu cruore tutum.

9.

Jeſus mihi ſit omnia,
His mitigabit tormina
Per flamina
Beata me levabit
Nunc imminente morte,
Fideqve pleno corde
Ad agmina
Et usqve recreabit.

LVDoVICVs FRIDerICVs, prInCeps SchVVarZbVrgI, Pater PatrIæ, per Neſtoreos annos CresCat, Vireat, pIo Voto VoVeo!

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/14
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

03.07.81

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

| | | |
|---|---|---|
| -5. Sep. 1996 | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |

III/9/280 JG 162/6/85

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
2 0380940

H. Sax H 219

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/15
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375931686/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft